



superflites aut benignè moneat, filios eorū fratresq; ad virtutis ipsorum imitationē hortetur, parētes autē, & maiores alios si qui superflites, cōsolitur. Quæ igitur nobis talis erit oratio? vel vnde potissimū præclaros laudare viros incipiemus, qui viuētes virtute propria suos mirificè delectauerunt, & pro salute viuētium offerre se morti non dubitarunt? Videtur itaq; mihi oportere secūdam naturā ut boni effecti sunt ita eos laudare: boni autē idēd prouenerūt, quia ex bonis traxerunt originem. Quapropter generosam primò illorum stirpem laudemus. Deinde educationē & disciplinā. Postremò narremus, ita ab eis fuisse res gestas, ut maximè decebat eos, qui essent ex talibus oriundi, & ita postmodum educati. Prima quidem generis horum laus est, quod maiorum origo haud peregrina fuit, neq; successores hos ita hic reliquit velut inquilinos nouosq; homines, ex aduenis genitos: sed indigenas ac reuera in patria habitantes, viuētēq; & nutritos nō à nouerca quidem, ut alij, sed ab ipsa matre ipsorū regione quam habitauerunt in qua & nunc conduntur vita functi, ipsi videlicet in viscēribus eius quæ peperit eos, & nutrit & excepit. Par est enim matrem ipsam ante omnia honorare: nam ita maximè horum genus ornatur. Est autem regio hæc non solum nobis, sed omnibus hominibus celebranda, cum aliis multis de causis, tū ex hoc precipue quia Diis charissima est. Quod restat de Deorū de hac inter se concertatio & iudiciū. Ea verò quæ à Diis laudata est, cur non à cunctis hominibus collaudetur? Altera eius laus erit, quod eo tēpore quo tellus omnia animalia omnigena producerebat, feras, & armēta, terra duntaxat nostra ad hæc sterilis erat, agrētibūq; animalibus vacua, pro priè verò ex omnibus animatibus hominē genuit, qui cæteris intelligentia præstat, solūq; ius ac Deos colit. Quod verò hæc regio & eorum quos pro concione celebramus & nostros maiores progenuit, hinc euidentissimè licet cognoscere: quia onc quod genit, alimentū conueniens genito continet. Quo planè discernitur mulier illa quæ peperit, ab ea quæ infancem supposuit: nam quæ peperit, lacte abundat ad eius quod genitum est alimentum, alia verò nequaquam. Tellus itaque nostra matēq; perspicuū argumentum præbet, quod homines procreauerit. Nam & sola & prima tunc alimentū humanū produxit, triticū hordeiq; fruges, quibus comodissimè genus hominum alitur, ut pote quæ verò animal id produxerit. Potius autem de terra quam de muliere concipere id licet. Neque enim terra mulierem conceptu partūq; sed terrā mulier imitatur, huiusmodi verò fructum non parèd distribuit, sed aliis quoq; hominibus elargita est. Post hæc oleum laborum subsidium natis suis suppeditauit. Nutricis autem adultisq; filiis principes præceptorēq; Deos induxit. Quorum nunc præmittenda sunt nomina. Neque enim nos latet qui vitam nostram munierint, tam artium inuentione ad quotidianum vitium spectantium, quam traditione peritiq; armorum ad regionis ipsius custodiam. Ita maiores horū geniti atque educati Rempub. instituerunt, qua de, rectè habet, si paucis dicamus. Res enim pub. hominum educatio est, bona quidem bonorum, malorū verò contraria. Quod ergo in præclara Repub. nutriti sunt nostri maiores, declarandum est, per quam & illi sunt boni uici, & hi qui nunc sunt, ex quibus sunt qui è vita migrarunt. Eadem nanque Respub. quondam fuit quæ nunc est, optimatū videlicet gub-

bernatio, sub qua & his temporibus ac fermè semper ex eo tempore degimus. Eam quidā popularem vocat, alij aliter, ut cuiq; placet. Est autē cetera hæc optimatum cum quadā dignitate populi gubernatio. Semper enim nobis reges sunt, aliis generis successione, aliis electione creati, sed potestatis in ciuitate plurimū est apud populi, qui semper his qui optimi iudicantur magistratus & potestates imperit. Vbi neq; pactum debilitat, vel paupertate, vel ignobilitate quisquam reicitur, neq; contrarius de causis honoratur, ut in aliis ciuitatibus fieri solet. Sed hæc est regula, Quicunq; sapiens aut bonus habetur, dominatur & imperat. Causa nobis gubernationis huiusmodi, ex æqualitate generis est. Alia siquidem ciuitates sunt ex variis dissimilibūq; generibus constitutæ: quò fit, ut in æquales sint & gubernationes, & tyrannides, paucorumque potentia. In quibus ita homines viuūt, ut se inuicem partim dominos, partim seruos existiment. Nos autē nostriq; vna ex matre omnes, fratres geniti, haud arbitrari inuicem nos dominos & seruos esse: sed generis æqualitas nos inducit, ut & legis quæramus æquitate, neque rei profusū vlli nisi opinari virtuti prudentiaq; cedamus. Quapropter & nostri & horum parentes, & hi honēdē creati, & in omni libertate nutriti, multa atque præclara facinora apud omnes gentes notissima priuatiq; & publicè ediderunt, existimantes libertatis gratia tam aduersus Græcos pro Græcis aliis, quam aduersus barbaros pro cunctis Græcis esse pugnadū. Enimuero quo pacto in bello iuuerint Argiuos quondam aduersus Cadmiōs, & Heraclidas aduersus Argiuos, cum Eumolpus & Amazones, ac etiam cum his superiores regionem inuaderent, nimis angustum tempus est pro dignitate referre, & poetæ illorum virtutē eleganter Musica celebrantis in omnes gentes diuulgauerunt. Quare si nos eadem nudo sermone repetere nunc aggredieremur, fortasse videremur illis esse secūdi. Hæc igitur ob hæc causam arbitror omittenda, quando quidem pro dignitate iā satis celebrata videntur. Quæ verò nondū ut rerū dignitas exigat, à poetarum aliquo decantata sunt, hæc nec dum ab obliuione quisquam vindicauit, hæc nobis prædicanda nūc arbitror, & nos ea laudemus & adiuuemus, prouocemusq; alios ad eadem odis aliisque carminibus, ut decens est exornanda. Eorum autem quæ dico, prima hæc extant. Persas cum Afia imperarēt, & Europæ dominarentur, regionis huius homines primi inlubuerunt, nostri progenitores: quorum meminisse, virtutēque laudare & oportet in primis & decet. Eam utiq; inspicere oportet, si quis rectè laudaturus sit res ab illis eo tempore gestas, quo Afia omnis tertio iam regi seruibat. Quorum primus Cyrus magnitudine quadam animi ciues suos Persas in libertatem redigens, simul dominos Medos subiecit, totiq; Afia vltiq; ad Aegyptū imperauit. Filius autem eius Aegyptū quoque & Lybię, quoad eius progressi licebat. Tertius Darius, pedestri pugna vltiq; ad Scythas extendit imperium. Nauali autem, mari, & insulis est dominatus. Quo factum est, ut repugnare illi nullus auderet. Animi quidem hominum omnes seruili quadā formidine abiecti iam erant: adeo multæ, magnæ, & bellicose gentes sub Persarum imperio tenebantur. Nos autem Eretrienēq; accusans Darius quasi Sardibus insidiaturus, & hanc belli occasione nactus, quingenta hominum millia classibus misit, naues

verò

verò trecentas, hisq; Datim præfecit, atq; illi madauit, ut captiuos ad eum Eretrienēq; & Athenienēq; duceret, ei caput saluum esse cuperet fuit. Illenauibus aduectus Eretriā, vbi viri non pauci erant, ac præterea in rebus bellicis inter Græcos corū tempore illustratissimos numerabant, triduo eos capti uos fecit, ac omnem regionem sic explorauit, ut ne vlli esset effugiū locus: hoc scilicet modo. Nempe ad fines Eretriæ profectū milites eius, & à mari in mare sese extendentes, discurrētēq; iundis inuicē manibus vniuersam regionem percurrerūt, ut regi referre possent, neminem se subterfugisse. Eodem consilio ex Eretria in Marathonem descenderunt, ut pote qui illis ad id aptissimus erat, ut Athenienēq; vna cum Eretrienēq; quos sub eodem iugo ducerent captiuos. His autem partim quidē ita per actis partim verò tentatis, nullus Græcorum præter Lacedæmonios Eretrienēq; Athenienēq; vni succurrit. Et ei sequenti post pugnam die venerunt. Cæteri autem omnes perterriti sunt, ac bene secum agi putantes si periculum præsens euaderent, quicuerunt. Ex hoc intueri licet quanta illorum virtus fuerit, qui in Marathonē barbarorum impetum sustinuerunt, ac totius Afie superbiam domuerunt. Primi sanè de barbaris triumpharunt, & exemplo reliquis ostenderunt, Persarum vim haud inexpugnabilem esse, imò verò & multitudinem omnem & diuitiarum copiam virtuti parere. Eos quidem viros non modò nostrorum corporum genitores, sed & libertatis tum nostre, tum omnium qui in hac regione habitant, auctores arbitor existisse. His nanque exemplis prouocati posteros Græci, in sequētib; bellicis pericula omnia pro salute sua subire non dubitarunt, discipuli profectò illorum qui in Marathonē Persas profligauerunt. Primum itaque palmam oratione illis tribuere decet, secundam verò ius qui circa Salaminiam Artemisiumque hostes prælio nauali vicerunt. Multa nempe ab his vni gesta narrare possemus, quanta pericula terra mariq; immenētia sustinuerint, superauerintq; quod autem præ cæteris egregium puto, nunc referam. Nam quod restabat post bellum Marathonicum, perfecēdū. Siquidem qui in Marathonē certauerunt, hoc tantūm Græcis demōstrauerūt, quod terrestri pugna pauci quidem Græci multorum impetum barbarorum frangere possent: de maritima verò victoria adhuc incertum erat, existimabantq; Persæ in maritimis præliis, & multitudine & diuitis artēque & robore inexpugnabiles esse. Hoc itaq; in his qui tunc nauibus pugnaere, laude dignū est, quod metum Græcis insitū penitus depulerūt, feceruntq; ne amplius nauium virosūq; numerū perimēscerent. Verisque his factum est, ut in Marathonē terra pugnantibus, quam mari postea circa Salaminā, ut reliqui Græci & docerentur, & affuerent, ab illis quidem terra, ab his autem mari, ne barbaros timerent. Tertium assero quod in Platēis gestū est, & numero & virtute salutaris Græcæ causam existisse. Commune verò id iam est Lacedæmonios, & Atheniēq; maximum igitur & dissimillimum facinus omnes hi fecerūt, ob eamq; virtutē & nunc à nobis, & deinceps à posteris laudabūtur. Post hæc multæ insuper Græcorum verbes adhuc sub barbaris erant. Rex autem nunciabatur Græcos iterum inualuros. Decet profectò illos cōmemorare, qui superiorū operibus salutis extremā insidiam imposuerunt, cum omnē ex mari barbariam depulissent, hi vero fuerunt qui circa Eury-

medontē classe pugnarūt, & in Cypri militari se cōtulerunt: itēq; in Aegyptum nauigare, plurimāq; alias terrarū oras peragrarūt. Horum meminisse oportet, his gratia est habenda, quod regē perterritum coegerunt de salute sua cogitare potius quam ad Græcorum perniciē insidias rendere. Atq; hoc bello vires omnes liberatæ sunt, dum Græci seipsos, omnēq; lingue eiusdem homines aduersus barbaros tulerunt. Pace verò demum conclusa, cumq; in honore esset ciuitas, cōgit ei quod solet ab hominibus in eos quibus prosperè res succedunt oriri: primò quidē æmulatio, ab æmulatione deinde inuidia, quæ hæc ciuitatem inuitam in bellum cum Græcis gerendum traxit. Post hæc inito bello in Tanagra congressi sunt, pro libertate Bæotiorum aduersus Lacedæmonios concertantes. Cūq; incertus pugnae esset euentus, quod postea sequutum est, rem ipsam aperuit. Periq; enim aufugerunt, delitantes Bæotios, quibus auxilium ferebant. Nostri autem die tertia in Enoplitis potiti victoria, eos qui insultū exulabant, iustè reduxerunt, hi vtique primi post bellum Persicum Græcis gratia libertatis auxiliati contra Græcos, viri quidem præclari, & libertatis auctores his quibus opē tulerant, his in monumentis honorati à ciuitate priores sunt positi. His verò peractis, cum in crebesceret bellum, Græcique omnes sumptis inreis regionem deualerant, vrbique non dignam gratiam redderent, eos nostri nauali prælio superarunt, & eorum duces Lacedæmonios comprehendentes: quos quamuis iugulter liceret, dimiserunt, pacēq; firmarunt, existimantes aduersus eiusdem generis homines ad victoriā vsque pugnadū, neq; ob propriā ciuitatis indignitatem Græcorum communionem penitus dissolendam, sed aduersus Barbaros ad necem vsq; certandum. Hos itaque laudare viros decet, qui hoc bello peractō hic iacent, quoniam ostenderunt inanē esse illorum suspitionem, siquā Atheniensium virtute diffisi opinerent in primo contra Barbaros bello alios quosdam præstantiores Atheniēq; existisse. Hi enim omnis cum Græcia seditionibus agitaretur, ipsiq; viros cæteris Græcis præstantioribus bello superatos comprehendissent, declarauerunt eos seorsum se vincere, quibus cum muniret Barbaros expugnauerant. Tertium post pacem hanc bellum improsum & graue exortū est, in quo cum multi fortēq; viri occubissent, hic conduntur. Quorum multi circa Siciliam plurimis sunt potiti victoriis pro salute Leontinorum, quibus iurcurando adliti uti opem ferebant, quo sedere ad ea loca nauigare. Cum verò diuturna esset nauis, ac interim rerum discrimine penuriaque ciuitas premeretur, neque illis posset succurrere, negatis subsidij res eorum haud prosperè successerunt. Quorum hostes bellōq; aduersarij maiorem temperantē virtutisq; laudem quam amici aliorum habēt. Multæ præterea nauali bello per Hellepontum die vna omnes aduersariorum naues ceperunt, plurimāque alias deuicerunt. Bellum verò idēd insperatū durūmque vocari, quia nullus existimasset reliquos omnes Græcos contra ciuitatem tam acri studio contentionis accendi, ut regem illum barbarum insensuum quem vna nobiscum expulerant, rursus per legatos ad bellum Græcis inferendum irritare non dubitarent, & vniuersos tum Græcos, tum Barbaros ad hanc verum obfidendam colligere. Vbi præcipue potentia, virtutēque ciuitatis huius existit.

Nam

Nam cum existimarent ea se succubuisse, nauēque obfesse circa Mitylenen essent. ipsi auxilium laturo sexaginta naues ingressi, viri quidem sine cōtrouersia fortes, hostē profligarunt, liberarunt amicos, cū tamen indigne casu circumuenti, non autē mari in perfecti essent, hic iacent. Quorum semper cum laude meminisse decet. Nam illorum virtute non modo tunc ex nauali certamine, sed reliquo etiam prælio victoriam reportamus. Etenim propter illos tantam est nostra ciuitas gloriā consecuta, vt nūquam expugnari posse nec ab omnibus quidem hominibus crederetur, & sanē verū id esse visum est. Neque enim aliorū viribus, sed nostris ipsorum dissidiis oppressi sumus. Nempe nunc etiam ab exteris sumus iniuicē. Sed ipsi nos expugnauimus, nobis ipsis offensionem attulimus. Post hæc tempora pacatis omnibus, cumque aliis pace consecuta, intestina nobis seditione coorta est, in qua ita dimicatum est, vt si quidem omnino facis decretum esset homines seditionibus agitari, nemo videatur alibi laborare patriā optaturus. Nam ex Piræo & vrbe quæ beatè atque doctè præter ceterorū Græcorum opinionem ciues iniuicē commisit: bellūque aduersus eos qui Eleusini erant concitatum, quā moderatè trālegunt atque sedarunt? Horum profectō omnium alia nulla est causa præter veram ipsam cognationem, quæ amicitiam firmam & genuinam non sermone, sed re præstat. Oportet autem eos etiam qui hoc in bello maris vulneribus cōciderunt, memoria colere, & vt cunque possumus, inter se eos conciliare votis sacrificiisque pro illis qui superauerunt peractis, quandoquidem & nos conciliari sumus. Neque enim improbitate inimicitiasque, sed infelicitate quadam manus iniuicem conseruerunt. Horum vero testes sumus ipsi superstites. Nam cum illis genere coniuncti sumus, mutuo damus veniam, & recipimus, siquid vel in alium intulimus, vel perPELLI sumus ab alio. Deinde cum in summa rerū tranquillitate quiesceret ciuitas, barbaris quidem ignoscēbat, quod in festiuitate ab illa satis fortiter repugnauerat: Græcis autem indignabatur, quia pro acceptis beneficiis iniuriā quandoque retulerat, dum societatem cum barbaris inirent, nauēque quibus fuerant seruati, diriperet disperserentque muros quibus nos mœnia corū ne corruerent quandoque defendissemus. Statuit itaque ciuitas non amplius tueri Græcos, si quādo vel à Græcis, vel à barbaris opprimerentur. Cū vero nos in hac essent sententia, putarētque Lacedæmonij nos libertatis defensores cōcidisse, opus verò suum fore posthac vt alios subiugarent, sic egerunt. Quid multis opus est verbis? Neque enim vetera, neque multis retro seculis gesta dicere quæ sequuntur. Neque nos latet, perterritos Græcorum primos Argiuos, Bæotios, Corinthios auxilium ciuitatis huius implorauisse. Quodque omnium diuinissimū est, rex ipse in tantā est coniectus difficultate, vt non aliunde conatus fuerat, salutare suū tutari posse confideret. Enimvero siquis hanc ciuitatē in casu iure voluerit, hoc duntaxat obicere poterit, quod misericordia nimis semper afficiatur, diligenterque subleuet succumbentem. Ea siquidē tempestate tolerare nō potuit, quod ve instituerat vltra seruare. Decreuerat sanē nullis vnquā corū à quibus iniuriā accepisset, succumbentibus opē ferre. Mutauit tamē propoli tum, & auxilium præstitit. Vnde Græcos auxilio suo liberauit à seruitute, ita vt liberi vixerint, donec ipsi

se iniuicē subiugarūt. Regi verò succurrere ausi est minime, verebatur enim trisiphos ex Marathone, Salamina, Platæis ante reportatos. Sed qui fineret exules, & voluntarios adiutores illi facere, sine cōtrouersia cum quoque seruauit. Structis autē muris fabricatisque nauibus, bellūque suscepto quādo coacta esse bellū gerere, pro Piræo salute contra Lacedæmonios dimicauit. Metuens vero ciuitatē ex postquā Lacedæmonios viderat nauale bellū renuere, & ideo deficere volēs, postulauit Græcos qui in continenti erant, quos prius ipsi Lacedæmonij exhibuerat, si propugnandū illi foret nobiscū ceterisque belli focus, arbitratus hoc sibi negatum iri, quod defendendū nobis occasione nācisceretur. Et quidē ab aliis focus est deceptus. Namque exhibere illi voluerunt, conueneruntque iureiurando adhibito Corinthij, Argiui, Bæotij, ceterique belli focus, si dare pecunias, vt eos illi qui in continenti erāt Græcos traderent. Sili verò neque traderet, neque iurare tūc ausi sumus, vsque adeo nos ciuitatis huius generosus, liber, constans, integer, & natura barbaris est infensus propterea quod homines hi absque vlla barbarorum cōmixtione puri integri, sunt Græci. Neque enim miscerūt nobiscum Pelopes, aut Cadmij, aut Aegyptij, Danaïve, alijque permulti, natura quidē barbari, lege solū modo Græci, sed ipsi Græci duntaxat, nulla profus infestū barbarorum consuetudine perseueramus. Quæ quidē puritas odium hinc ciuitati aduersus genus alienū ingenuit. Soli rursus partem ex hoc perseueramus, quod opus turpe & profanū perpetrare nolimus, Græcisque barbarorum manibus tradere. Ad hæc igitur defendētes, ex quibus primò subleperati sumus, fauente Deo, felicius quam tunc bellicū posuimus. Nam retinetes naues, muros, nostrisque colonias à bello liberati sumus, adeo libenter & hostes ipsi desisterunt. Viros tamē fortes hoc quoque in bello amissimus, partim apud Corinthij regionis asperitate, & angustia interceptos, partim prodicione apud Lechæū profligatos. Insignes quoque viri, qui & regem liberauerunt, & ex mari Lacedæmonios expulerunt. Quos ego quidē in memoriā vobis reduco. Vos autem viros huiusmodi collaudate celebratēque decet. Atque opera quidē hæc viros hic iactent, ceterorumque omnium quicunque pro patria obierunt, quæ relata sunt, multa sunt, atque præclara: sed quæ res tantæ, plura admodum præstantioraque, sunt. At quidē multi vix noscētque sufficerēt, si quis omnia cōplecti voluerit. His ergo memoriā repetitis, vnūquēque virū oportet natos horū assidue exhortari, vt tanquam in bello maiorum suorum ordinem seruent, neque per ignauā auferant. Equidē, o viros præstantium filij, vos ipse & in presentia exhortor, & in posterū quemcūque vestrū nactus fuero, admodoneo semper, & cohortabor, vt quam optime euadere cōtendatis. Nunc quoque patet vobis referre quæ nobis patres vestri mandauerunt posteris predicanda siquid accideret cum foret periclitandū. Recensebo igitur vobis in presentia quæ ex illis ipsis audiui, quæque ipsi nunc vobis, si facultas daretur, libenter præciperent, quantum quidem ex illis quæ quondam dicebant, conicio. Existimate verò nunc quæ referam illos ipsos audire loquentes, hinc autē in modū exorti sunt. Quod ex præclaris parentibus orti estis, o filij, presentia restantur: profectō cum nobis liceret turpiter viuere, honeste emori maluimus, quam vos ceterisque posteris infamij cuiquam subicere, ac parentibus nostris iniuriā subire dedecori esse, putates homini suos dedecori non esse viuendum, ei namque neque in vita, neque post mortem amicum alique esse. vel hominū, vel deorū. Oportet igitur vos verborū nostrorum memores, etiam si quid aliud exerceatis, cum virtute exercere, scientes absque virtute exercitationes & possessiones omnes turpes malique esse. Diuitiæ namque splendorem afferunt nullum eas cum ignauia possidentis, neque enim sibi hic, sed alteri parat possidere diuitias. Neque forma corporis atque robur timido ac præuō cum insunt, decorem præstant. Eum namque dedecet, notioem efficiunt, ignauiam patesciunt. Præterea sciētia quæ est remota à iustitia aliisque virtute, non sapientia, sed calliditas esse videtur. Quorum omni studio diligentique contendit, vt & nos, & maiores nostros virtutis gloria superetis. Alioquin scitote, si vobis virtute præstemus, victoriam hanc vobis de decore allaturam, sin superemur à vobis, felicitatem. Ita vero maximè nos quidem superabimur, vos autem superabitis, si ea ratione vitā instruetis, vt maiorum gloria non abutimini, neque eam vt ita dixerimus, dilapidetis, scientes viro aliquid esse ex estimatū nihil turpius posse accidere, quam seipsum honorandum non propriam ob vitæ virtutem, sed propter gloriam superiorum præbere. Gloria enim parentum natis præclarus est magnificusque thesaurus. Vt verò pecuniarum honorūque thesaurus, & hunc ad posteros non transfundere, propriæ possessionis gloriæque penuria, turpe, & a vi generositate penitus alienum. Si igitur hæc exerceueritis, vitæ demum fatis exactis chari ad nos filij charos parentes proficiscimini. Sin autem neglexeritis hæc, & improbi euaseritis, nemo vos libens excipiet. Natis quidem nostris hæc vult didici. Patres autem nostros, ac matres si cui nostrum supersunt atque consolatione indigent, consolari oportet, quia decet facile quæcūque acciderint ferre, neque cum illis vix deplorandum esse casus: lamentationibus enim aliorum non indigebitis: fati enim fors tristic illis inferet. Mederi profectō lenitēque oportet, & in primis illud commemorare, quod maxima eorum quæ exoptare solent, exaudietes dii iam retribuerūt. Neque enim immortales sibi filios dari, sed bonos & illustres optabant. Cuius quidem voti compotes effecti sunt, quod maximum existimādum est bonum, omnia vero mortali viro ad votum in vita succedere, haud facile est. Atqui si forte forti animo tolerabunt, videbuntur reuera fortium filiorum parentes ipsique fortes esse. Sin autem dolori succumbent, suspicionem hominibus inferent, ne forte aut parentes nostri minimè sint, aut qui nos laudibus efferunt, mentiantur. At horum neutrum euenire oportet, imò verò laudatores nostros re ipsa præcipue illos esse, ostendentes reuera parentes viros esse viros. Enimvero vultus illud prouentum, Ne quid nimis, scitè dictum videtur. Nam cui verè ex seipso apta sunt omnia quæ ad bene viuendum fuerunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut cōtrario pendere ex alterius euentis & errare coguntur, hinc optima viuendi ratio cōparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic & nascentibus & cadentibus cum reliquis commodis tum maximè liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri, Neque letabitur vnquam, neque merebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponet sui. Tales esse & nostros debere iudicamus, & volumus. Atqui &

Cursus de officio.

Neque ita scilicet ut...

dedecori esse, putates homini suos dedecori non esse viuendum, ei namque neque in vita, neque post mortem amicum alique esse. vel hominū, vel deorū. Oportet igitur vos verborū nostrorum memores, etiam si quid aliud exerceatis, cum virtute exercere, scientes absque virtute exercitationes & possessiones omnes turpes malique esse. Diuitiæ namque splendorem afferunt nullum eas cum ignauia possidentis, neque enim sibi hic, sed alteri parat possidere diuitias. Neque forma corporis atque robur timido ac præuō cum insunt, decorem præstant. Eum namque dedecet, notioem efficiunt, ignauiam patesciunt. Præterea sciētia quæ est remota à iustitia aliisque virtute, non sapientia, sed calliditas esse videtur. Quorum omni studio diligentique contendit, vt & nos, & maiores nostros virtutis gloria superetis. Alioquin scitote, si vobis virtute præstemus, victoriam hanc vobis de decore allaturam, sin superemur à vobis, felicitatem. Ita vero maximè nos quidem superabimur, vos autem superabitis, si ea ratione vitā instruetis, vt maiorum gloria non abutimini, neque eam vt ita dixerimus, dilapidetis, scientes viro aliquid esse ex estimatū nihil turpius posse accidere, quam seipsum honorandum non propriam ob vitæ virtutem, sed propter gloriam superiorum præbere. Gloria enim parentum natis præclarus est magnificusque thesaurus. Vt verò pecuniarum honorūque thesaurus, & hunc ad posteros non transfundere, propriæ possessionis gloriæque penuria, turpe, & a vi generositate penitus alienum. Si igitur hæc exerceueritis, vitæ demum fatis exactis chari ad nos filij charos parentes proficiscimini. Sin autem neglexeritis hæc, & improbi euaseritis, nemo vos libens excipiet. Natis quidem nostris hæc vult didici. Patres autem nostros, ac matres si cui nostrum supersunt atque consolatione indigent, consolari oportet, quia decet facile quæcūque acciderint ferre, neque cum illis vix deplorandum esse casus: lamentationibus enim aliorum non indigebitis: fati enim fors tristic illis inferet. Mederi profectō lenitēque oportet, & in primis illud commemorare, quod maxima eorum quæ exoptare solent, exaudietes dii iam retribuerūt. Neque enim immortales sibi filios dari, sed bonos & illustres optabant. Cuius quidem voti compotes effecti sunt, quod maximum existimādum est bonum, omnia vero mortali viro ad votum in vita succedere, haud facile est. Atqui si forte forti animo tolerabunt, videbuntur reuera fortium filiorum parentes ipsique fortes esse. Sin autem dolori succumbent, suspicionem hominibus inferent, ne forte aut parentes nostri minimè sint, aut qui nos laudibus efferunt, mentiantur. At horum neutrum euenire oportet, imò verò laudatores nostros re ipsa præcipue illos esse, ostendentes reuera parentes viros esse viros. Enimvero vultus illud prouentum, Ne quid nimis, scitè dictum videtur. Nam cui verè ex seipso apta sunt omnia quæ ad bene viuendum fuerunt, nec suspensa aliorum aut bono casu, aut cōtrario pendere ex alterius euentis & errare coguntur, hinc optima viuendi ratio cōparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens, hic & nascentibus & cadentibus cum reliquis commodis tum maximè liberis, parebit & obediet præcepto illi veteri, Neque letabitur vnquam, neque merebit nimis, qui semper in seipso omnem spem reponet sui. Tales esse & nostros debere iudicamus, & volumus. Atqui &

in presentia nos ipsos tales penitus exhibemus, haud certè perturbatos, vel nimio metu perterritos, si nunc vita de decore non oporteat. Oramus quoque patres nostros ac matres, vt similes affecti vitæ futuram agant, scientes quod non lamentationibus ciuitationibusque maxime vobis gratificabuntur, vt amantissimis est his qui defuncti sunt, sensus viuentium, ita maxime nobis molesti futurum sunt, si seipsos perdidissent, & inique fortè trulerint: si nautem moderatè ac leniter, nobis summo opere obsecratur: nostra porro cum iam finem habebunt, qui hominibus est pulcherrimus. Quam obrem collaudanda sunt potius quam delenda. Profectō si vxores nostras, filiosque tuebuntur, & nutriunt, & his incumbēt, ita maxime casus obliuioni mandabunt, pulcherrime & reclusius nobisque gratius vitā agent. Hæc igitur nostro nomine nostris prædicare sufficit. Ciuitati verò mandamus, vt parentum nostrorum, si floridūque coram habeat, & hos quidē honestè erudiat, illorum verò felicitatem digne foueat. Scimus autem vos, etiam si hæc minime præcepimus, optime curaturos. Hæc igitur, o filij defunctorū atque parentum, vt moneremus illi mandauerunt: verò quantum possum, diligentissime moneo, eorumque nomine obsecro, iuniores quidem, vt præclaras suorum res imitentur: seniores autem, vt de se optime sperent. Nempe senectutem vestram priuatim publicèque aleamus: & quemcūque ex illorum progenie nati fuerimus, summa beneuolentia complectemur. Ciuitatis verò prouidentiam ipsi minime ignoratis, quæ statutis legibus, parentes & filios eorum qui in bello interire, tutatur, & ante alios ciues summo magistratu talium committit curam, ne vlla profus iniuria parentes horum afficiatur. Filios autem educat ipsa, studetque, vt illis ignota sit orbitas. Nam ipsa parentis gerit vicem & nos pueri sunt, & cum ad maturam ætatem venerunt, ad officia sua transmittit, omni armatura ornata, patris studia ostendit, & memorat, dum paterne virtutis tibi instrumenta. Ac simul auipij gratia iubet tunc primū domum patrum ingredi filium quasi imperaturum, & armis cum robore ornatum. Eos præterea qui decesserunt: è vita, honorat, ceremonias quotannis lege decretas communiter cunctis instaurans, quæ priuatim vnicuique proprie peragi solent. Gymnica item certamina equestriaque instituit, musicosque ludos varios. Ac profectō quod ad defunctorum spectat, heredes & filij subit conditionem: quod ad filios, patris: quod ad parentes ceterosque huiusmodi, curatoris, omni diligentia semper omnibus prouidens. Quorum rerum cogitatione, res aduersas æquo animo ferre debetis. Nam hoc pacto & mortuis, & viuentibus critis gratiores, facilięque curabitis, & facile curabimini. Nunc verò vos, ac ceteri omnes qui communiter secundum legem eos qui naturæ cesserunt, iam Iugubribus expiationibus profecti estis, abite. Hic est, o Menexene, Aspasij Melleis sermo. MENEX. Per louem, o Socrates, beatam dicis Aspasij, si cum mulier sit, tales potest orationes componere. s. o. c. At si minus credis, sequere me, dicentem ipsam audies. MEN. Sæpenumero cum Aspasia fili, Socrates, & qualis sit, noui. s. o. c. Pro igitur eam non veneras? Cur non habes proper hanc orationem illi gratiam? MEN. Ingentem equidem habeo gratiam mulier: hinc, seu viro, quilibet tibi orationem hanc tradidit. Ac præ ceteris multis narranti gratiam habeo, s. o. c. Benè quidem. Sed ne me prodas, vt deinceps

